



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

71. An Prælatus, si omittat correctionem subditi, satisfaciat dicendo in confessione, omisi correctionem proximi? Idem, quod dictum est de Prælato dicendum erit de Patre, tutore, Domino respectu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Tractatus Septimus

378

non illum damnam: quia est solum circumstantia
aggravans.

RESOL. LXX.

An Prelato precipienti aliquid sub precepto obediens, si subditus non obediatur, peccet duplicitate, & teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare. Ex p. 1. tr. 7. Ref. 16.

S. I. Afirmatiue respondet Villalobos in summ. tom. 1. tr. 9. dub. 5. n. 14. vbi sic ait: *El Religioso, que no obedece al Prelado, quando lo manda por obediencia, comete un pecado con dos malicias, que es contra Religion, y contra obediencia; y assi todo lo debe en Confession explicar.*

2. Sed pro contraria, sententia aduersus Hispanum, alium Hispanum ponamus, & hic est Ledesma in summ. to. 1. de Panit. c. 10. concl. 6. fol. mibi 338. vbi sic assert: *[Se puede decir muy probablemente, que el tal pecado es mortal, que tiene una sola malicia, porque aunque el quebrantamiento del precepto sea contra la virtud de obediencia, y de Religion: pero no es contra materia necessaria de obediencia, sino es por participacion de la virtud de Religion, mediante el voto que hizo: y ansí el tal pecado no tiene mas que una malicia.]* Ita ille, qui citat Caiet. in 2. 2. q. 88. art. 5. ad 3. & Sotum de inst. lib. 1. cap. 2. art. 3. ad 1. Super hac materia consule tertiam huius Operis Partem. Tract. 4. de Sacrament. Resolut. 67.

RESOL. LXXI.

An Prelatus, si omittat correctio... subditum, satisfaciens dicendo in confessione, omisit confirmationem proximi?

Idem, quod dictum est de Prelato, dicendum est de Patre, Tute, Domino respectu tamen mancipij, non autem respectu famuli ob salarium servientis. Ex p. 1. tr. 7. Ref. 57.

Sup. hoc in §. I. Necesse esse, vt dicat se esse Prelatum illius, docet Bañez in 2. 2. q. 33. a. 3. dub. 1. concl. fin. Ref. 22. & in Ref. 23. §. Hinc. & §. Sed ego, ad me, ref. Hinc.

Aliqui autem putant, quod obligetur ex misericordia; & idem secundum illos notabiliter tantum aggrauat ista circumstantia: vnde in confessione non erit necessariò aperienda. Et hanc sententiam probabilem existimat Ioan. Sancius in suis practicis disputationibus, disp. 6. n. 9. nam sententiam Bañez verior rem tantum vocat. Quod diximus de Prelato, dicendum est de Patre, Tute, Domino, respectu tamen mancipij, non autem respectu famuli ob salarium servientis: quia mancipium est sub dominio Domini, & ad eius curam pertinet, actiones mancipij dirigere; non autem famulorum.

RESOL. LXXII.

An Episcopus, & Generalis alicuius Religionis, si peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circumstantiam?

Et nos auem, quod Episcopus fornicans non tenetur circumstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa ita publica effet, ut scandalum parere?

Et cur si aduerteremus, quod quando omnes ciues tenentur ad praliandum, specialiter teneantur Milites, &

Duces, sed si predicti non praliendentur, tenentur istam circumstantiam in confessione explicare, nempe Duces, aut Milites. Ex p. 1. tr. 7. Ref. 6.

S. I. Afirmatiue sententiam docet Fagundez in summ. part. 10m. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. vbi ita assert: *Quando ipse penitentis est Episcopus, tenetur explicare istam circumstantiam in quocumque peccato mortali: quia Episcopi, ratione proprii status, tenentur ad perfectionem vita Christiana habendam; sed huic perfectioni ex aequo repugnat quocumque peccatum mortale: ergo notabiliter aggrauatur in Episcopo, ex hac circumstantia, quocumque peccatum mortale. Et hoc probabilitate etiam procedit in Generalibus Ordinibus, sed quod Generales Ordinum sunt quasi Episcopi, & tenentur alios monere ad perfectionem. Ita Nughus.*

2. Sed ego oppositum dicendum esse censeo; & ita puto, non esse talen circumstantiam necessariò in confessione aperiendam. Et ita docet Coninch de sacram. di sp. 7. dub. 4. n. 18. vnde Fillius, tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 125. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. dub. 36. num. 14. Sanch. de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 27. n. 33. Henriquez lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossa, ltt. G. & alijs qui assertur, quod fornicanus Episcopus non tenetur Episcopatus circumstantiam fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admittit, ut scandalum parere. unde enim aduersus specialem officii obligationem delinquenter, qua tenetur subditos, non solum verbo, sed etiam exemplo pascere, atque adeò specialis malitia ex status, ac officio circumstantia contraheretur, eaque est necessariò fatenda.

3. Itaque ex his appetet, quod Episcopus, si occulte fornicaretur, latifaciat, non solum tacendo esse Episcopum; sed etiam dicere, se habere tantum votum castitatis, vt supra diximus de Sacerdote, vel Religioso professo fornicante. Et ita docet Sanchez ubi supra, quidquid in contrarium assert Fagund. de Precept. Eccl. tr. 2. lib. 4. c. 3. n. 8. qui citat Ledesmam, & alios multos. Sed quod dictum est de pot. Episcopo cum Sanchez, à fortiori procedit in Generalibus Religionis. Notandum est etiam hic contra Nughum vbi sup. quod quando omnes ciues tenentur ad praliandum, specialiter tenentur milites, & Duces; sed supradicti non tenentur istam circumstantiam explicare, nempe, se esse milites, & duces; quia dicta circumstantia est solum aggrauans, & idem non necessariò in confessione aperienda.

RESOL. LXXXIII.

Verum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciens in confessione, si dicat se violasse votum castitatis, non manifestando votum solenne, quod habet?

Et hoc idem est de feminis, vel viro, si carnaliter commiscuntur cum Sacerdotio, vel Religioso professo, aut cum Moniali; num satius dicere in confessione se tories fornicatum esse, vel copulam Sodomitam habuisse cum viro voto castitatis simplex.

Et notatur eum, qui votum castitatis simplex in scali, vel Neutriatu emisit, & postea in Religionem profissu est, vel si post votum simplex castitatis sacra Ordinibus initetur, sufficiere, si dicat, se habere votum castitatis, & non tenetur explicare circumstantiam sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Ex p. 2. tr. 7. Ref. 4.

S. I. Negatiue responderet Palatius in 4. disp. 16. Sup. dub. 3. num. 1. Rodriguez in summa, tomo 1. cap. 109. num. 5. Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 3. 10.